Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25879
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in deserto pereunt fame. Sed conuenit ame. primo di
luculo festina seruis meis ex bonis quae dedi tibi mit
te escam. Ille ergo mane surgens. conuocatis amicis
seruisque fidelibus locutus est eis dicens. Iacenti mihi in lec
to nuncius domini astitit et ait. Tu epularis in diui
ciis tuis splendide: serui uero mei in deserto indi
gent panibus. Surge ergo et mitte escas ex omnibus quae tibi
dedi. Paratus sum mittere. sed uerum morentur ignoro. Si qui
uerum locum nouerint ostendant et nemo ei ualuit
ostendere. Et altera nocte duriori omnium conuen
tus plagisque affectus diluculo a prioribus et ab aliis
seruorum dei habitationem inquisiuit plagas sibi praeferens
illatas. Sed cum nemo locum sciret unus praecedens maioris
consilii ait. Sed tibi cameli lxx. onera eos ex omnibus quibus
uesci licet et dirige per uiam nullo duce: quod si ex deo
est uisio salua reuertentur ad te: si uero ex diabolo. leuius
feres iacturam quam acerbiora flagella. Placuit consilium
tam illi quam ceteris onerato que camelos nullo duce mag
no cum dolore dimisit. Quarto ergo die hora nona an
fores fratrum illius ymnos dicentibus constiterunt. Abbas
uero prior quo prope hostium erat prior uidit et gauisus est.
Dictis ergo ymnis uocauit fratres et imperans ait. Ubi sunt
murmurationes uestrae. Ecce dominus impio forti prode
ti cibum imperauit. qui misit nobis camelos onustos. ue
nite exponamus onera ut possint animalia refici lassa.
Tunc omnes leti camelos cum gratiarum actione exonerant.
reseratisque sarcinis cibaria inquinque camelis re
periunt. Abluentes ergo pedes animalium escas quas appor
tauerant apposuerunt et notas herbas per ualles eis
inquirentes reficiunt. Mane autem facto abbas uti
li utens consilio medietatem omnium sumit. aliam super
omnes camelos partem diuisit. auariciam execrans
domino suo remisit. Super dicta uero amici dominum camelorum
indesinenter consolantes. dominum ne tanta iactura fieret
deprecabantur. Octaua ergo die cum omnes in unum collec
ti adhuc essent ieiuni. unus qui leues tinnulasque au
res habebat. sonum campanule nam pauco camelo al
ligatum fuerat in tinnabulum percepit. Omnes ergo egressi
camelorum exspectant aduentum. gaudentque de conso
latione uiri ergo animalia quae perdita aut mortua puta
uerat recepit. Venerunt itaque omnes nullam maciem pre
ferentes. susceptique eos homo ille cum magna gratiarum
actione multo amplius uisis oneribus gaudens. Pre
sentes ergo cum aliis pluribus amicis pauperibus et iam as
sumptis ad prandium magnum inuitat. easdemque enlo
gias distribuit indigentibus quas acceperat parcien
ex eis tamen sibi quam amicis. Exeo itaque anno quo ad sanctum ui
xit frontonius ipse diues ex quibus habundabat
fratribus necessaria dirigebat. aliique diuites eius se
cuti exemplum similiter mittebant. et ipsi interuen
tu s. fratris nichilominus habundantius habebant.
Vigilabant ergo filii cum patre discipuli cum s. fratre in opi
bus dei. ipseque eos cottidiano reficiebat sermone gau
dens in domino quod digna auie solitudinis loca quaesisset.
Legenda haec tradantur obedificationem monachorum quia il
le et congrua bonus et gratus fuit in conspectu domini. Acta sunt autem
haec sub antonio imperatore xxiii. imperii eius anno.

Incipit vita sancti
Gregorii abbatis.

Quam diuine pietatis operante
clementia multa miraculorum nobis
appareant insignia quae scripturarum
fidelitati uire debeant commenda
ri. nichil est tamen magis admiran
dum et scriptis fidelibus commendandum
quam honestas morum et sanctitas operum
cuiusque in agone mundani certaminis
legitime certantium et gloriose triumphantium. licet
de his ut legentium nouit bene edocta sedulitas. librorum
nulla egestas. sed magna sit facultas. tamen quod in his ex
tremis temporibus ex alicuius uita et moribus puritate ha
beamus exemplum. sanctitate sua compulsi audientium enoda
bimus deuotioni. Igitur ottonum tercio cesarum augustissi
mo. et in omni pietate ac toti religionis stabilitate fer
uentissimo. romana imperia pio regiminis sceptro
gubernante. erat uir uita et morum honestate probabi
lis Gregorius nomine qui in diebus floride iuuentutis suae
haut immemor piissimi plasmatoris sui. cuncta
terrena delectamenta postponens. ad eterne dulcedinis
iubilum peruenire optime operationis studio conabatur.
Exnobili ergo parentela patre scilicet licasto. mater autem
anna uocata in confinio calabrie et apulie oriundus
unicuique qualitatis hominibus ea quae ipse dum uiguit optime
studendo peregit. admirationis exempla reliquit.
Erat inquam a puericia iuuentutem adusque inuestitum
apparatu ut laicus cordis uero salubritate deo uis
et seculo defunctus. Qualiter et inquantum oderit mundum. ut
eius deliciarum spurcicias uictoriosa mente calcauerit
audientium auctoritas. ex consequentium ratione fa
cile poterit agnoscere. Pater et enim suo iam alternante mo
tum sentiente et uiam carnis uniuerse migrante. mater
sua de obitu mariti lacrimosa et continuata queri
monia non modicum infirmata. meroris sui solacia
diligenter exquirens. filium patrum familias fieri et
appellari festinans sibi coequeuam et ut fertur nobi
lem ac pulchram desponsauit adolescentulam. et nup
tiarum non elongari apparatum matrina pietate decre
uit. Cuius matrimonii affectus in preparandarum proposito
nuptiarum filii sollers prudentia maturitatem ag
noscens. omnia sponsalia omittens ornamenta. cassia
nensem epm Dauid nuncupatum absque matris scientia
cum magne humilitatis reuerentia adire non distu
lit. et clericalem sibi tribui benedictionem humiliter postu
lauit. Episcopus uero de eius petitionis almitate gauisus.